

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1156 - 1159

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

103. *Bischof Burchard von Straßburg beurkundet einen zwischen dem Kloster Neuburg und dem Straßburger Domstift geschlossenen Tauschvertrag, Ländereien zu Bathenheim und Wickersheim betreffend. 1156.*

In nomine sancte et individue trinitatis. ego Burchardus Argentinensis ecclesie
 5 episcopus in perpetuum. exemplis sanctorum patrum docemur commoditati reli-
 giosorum consulere et eorum profectui ex injuncto nobis officio, quantum possumus,
 sine detrimento tamen ecclesie, cui deo auctore presidemus, providere. eapropter
 universitati tam futurorum quam presentium notum esse cupimus, quod abbas
 nomine Neudunc de Novocastro et fratres ejus terram quandam incultam cum uno
 10 agro culto adjacenti in Bathenheim marcha¹ ad montes in perpetuam hereditatem
 sibi suisque successoribus a canonicis ecclesie beate Marie, quod est Argentine,
 comparaverunt redditus illis pro fregela tribus agris in Wickersheim marcha. pre-
 dicti quoque fratres fratribus nostris beate Marie situlam vini et denarium domino
 mensuralis^a administrationis in Wickersheim de predicta hereditate annuatim
 15 persolvent. incole enim predictae ville Wickersheim utilitatem nostre ecclesie in eo
 majorem esse asserebant et idcirco faciliorem a fratribus nostris meruerunt habere
 assensum. acta sunt hec nobis presentibus et consentientibus preposito Regenhardo,
 Petro decano, Harperto scolastico, Lentfrido cantore², Heinrico camerario, Bertholdo
 custode, Chunrado archidiacono ejusdem mensuralem^b administrationem in
 20 Wickersheim tenente, Heinrico portario et aliis confratribus, advocato quoque ejusdem
 ville Wickersheim comite Sigeberto juniore³ assensum prebente et aliis laicis quam
 pluribus attestantibus, quorum nomina adnotare disposuimus: Rudolpho causidico,
 Theodorico burgravio, Wernhero marschalco, Ottone vicedomino, Symundo, Walthero,
 Friderico, Johanne. facta sunt hec anno 1156 ab incarnatione domini, indictione
 25 4, regnante imperatore Friderico. et ut hec rata permaneant, presentem paginam
 sigilli nostri impressione signare curavimus et banno confirmavimus.

Aus Würdtwein Nova subs. dipl. IX, 353 nr. 181 ohne Quellenangabe.

109. *Konrad Probst von St. Thomas zu Straßburg beurkundet die Verlehnung von Stiftsgütern zu Mutzig an Einwohner daselbst. 1159.*

30 In nomine sanctę et individue trinitatis. ego Cōnradus prepositus ecclesię sancti
 Thome. antecessorum nostrorum vestigia sequentes posteritatis memorię scripto

a) Oder mansurnalis? b) Oder mansurnalem?

¹ Grandidier l. c. versteht darunter das heutige Biellenheim bei Brumat, ob mit Recht? Battenheim bei Mülhausen liegt allerdings wohl zu entfernt.

35 ² In einer Urkunde Bischof Burchards von Straßburg aus dem gleichen Jahre 1156, die Schenkung einer Kapelle an Kloster Neuburg betreffend, kehren unter den Zeugen wieder: Reinhardus prepositus de domo, Petrus decanus, Lentfridus cantor. Würdtwein Nova subs. dipl. IX, 355 nr. 182 ex chartul. Neuburg.

³ Nach Schöpflin Als. illustr. II, 520 und 521 Sigebert II, Graf von Frankenburg.